

amicitiæ statum pervenire potuerint, in tempore quo Dominus Leonardus de Trichano prelibati Pirani regimen præ manibus habebat.

Qui in propria persona una cum Domino Almerico Piranensi Notario, qui tunc Gastaldionis officio fungebatur, in eodem loco de voluntate sui Comunis ad prædictos Rubinienses causa componendæ pacis venirent.

In q.; spiritu sancto cooperante Rubinienses cum Pyranensibus pacem perpetuo statuerunt tali modo, quod homines de Pyrano pro restauratione suæ destructionis hominibus de Rubinio XX marchas de argento ad carniprivium proxime venturum medietatem, aliam medietatem ad medium quadragesimæ solvere per sacramentum teneantur.

Pax firma durare debeat inter eos sub pena C marcarum; homines de Rubinio sani et salvi in bonis et personis in Pirano et sub omni districtione sua fieri esse debent, homines de Pirano in Rubinio et sub omni districtu suo simili modo sani et salvi in bonis et personis fieri debent sub prædicta pena.

Si forte tempore aliquo homines de capite Histriæ pro hac discordia exercitum adversus Rubinienses commoverint, Piranenses cum eis nullo modo venire debeant, si autem hoc facere præsumpserint prædictam penam predictis componere debeant.

Item si aliquo tempore vel comune vel divisim prælibatis Rubiniensibus, vel Rubinienses simili modo Piranensibus nocere temptaverint, jam dictam penam subiaceat.

Item quod filii ft. mortuorum donec venerint ad perfectam etatem Rubinienses..... eos eandem pacem firmam per sacramentum sub eadem pena illibata servare cogant, et hanc pacem per sacramentum jurare tenentur ex utroque loco se firmam illibatamque servare quilibet mansarius ¹⁾.

Testes ab utraque parte rogati.

Dominus Leonardus Detricano qui tunc potestatis pirani regimen habebat.

Henricus de Venosto — Albinus de Sepa — Venerius de Carlo
Ripotus de Parentia — Bertoldus Gastaldio de Rubinio — Inicus
de Galioto — Bernardus de Sibilia.

¹⁾ I Mansari erano i proprietari diretti dell'agro giurisdizionale dei due Comuni contraenti.